



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

2. De iustitia Dei

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

De Iustitia Dei.

II.

I. **E**Xpende 1. quàm lata sit iustitia Dei, seu quàm latè se extendat, ad omnium hominum & Angelorum omnia & singula mala merita punienda, & bona merita remuneranda. Quàm longa sit, seu coæterna ipsi, qui quamdiu est Deus, tamdiu est iustus. 3. Quàm sublimis, seu quàm perfecta, cui nihil possit addi, nec demì, qui exactissimè reddit unicuique secundum opera sua, quorum omnium numerum, pondus & mensuram profundissimè penetrat. 4. Quàm demùm profunda & inuestigabilis sit eadem iustitia Dei, qui iustissimo iudicio ex communi massa corruptionis alios elegit gratis in vasa misericordiæ ad æternam gloriam, præ tot alijs præuis veluti vasis iræ in contumeliam. O quàm verè dixit admirandus Psalter: *Iustitia tua sicut montes Dei, Psal. 35. iudicia tua abyssus multa!* quàm longè hæc iustitia superat omnem creatam iustitiam! quantò exactius reddit unicuique, quod suum est, utpotè, qui non solum vult, sed & scit, & potest ex amussim omnia tam bona, quàm mala, recompensare. Admiratio, veneratio,

ratio, laudatio iustitiæ Dei; horror diuinæ offensæ, zelus proficiendi in omni sanctitate.

II. Quam manifesta infinitæ iustitiæ Deus à condito mundo hucusque ediderit, hodieque edat, non raro, exempla. 1. In plectendis malis meritis spirituum Apostolicorum, protoplastorum parentum, omnium corruptorum hominum tempore diluuij delictorum, Sodomitarum exustorum, Israhelitarum rebellium toties castigantium, Beniamitarum penè excisorum, tot aliorum peccatorum, quorum aliquos tam horrendis modis, etiam in hac vitâ, mulctat, alios in futurum æternum puniendos reseruat, occulto quidem, sed iustissimo iudicio. 2. In remunerandis bonis meritis seruatorum suorum, vti, in veteri lege, Patriarcharum Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, piorum Regum Davidis, Ezechia, aliorumque diuinæ legis obseruatorum, vti Tobia, Machabæorum: in noua lege, tot Apostolicorum virorum, Martyrum, Confessorum, aliorumque piorum in hodiernum vsque diem obsequia, & sanctos pro ipsius gloria.

gloria susceptos labores partim in hac vitâ remunerare, in futurum copiosius remunerandos reserua- ra consuevit. Affectus ferè ij- dem.

III. Quantò demùm luculen- tius infinitam suam iustitiam in fu- turo sæculo sit æternùm declara- turus, in reproborum omnium omnibus & singulis præuaricatio- nibus rigidissimè mulctandis, tum in Electorum bonis desiderijs, & operibus exactissimè remune- randis in numero, pondere & mensurâ secundum normam iusti- tiæ suæ, quæ nec vnicum qui- dem malum desiderium relinquet impunitum, nec minimum desiderium bonum irremu- neratum. Affectus ij- dem renouan- di.

A a s

Dee